

et per consequens michi et aliis nostris / consanguineis Fulg(inatibus)³⁴;
 ex quo et aliis rationabilibus de / causis, quas ad vitandam prolixitatem
 verborum presentialiter / pretermitto, teneor circa sua comoda et honores
 intendere / tamque ad propria. Quocirca carissimam consanguinitatem
 vestram rogo, / precibus quibus possum, quatenus eidem H. de aliquo
 bono beneficio / et sibi utili extra ecclesiam — sicut fecistis aliis quibus
 beneficia contuli/stis, et melius — providere velitis mei gratia et
 amore, hoc etiam / celeriter faciendo, preces meas in hac parte taliter
 impleturi / quod ipse magister F. et fratres qui servire possunt, sciunt et
 volunt // [...] [co]nsanguineis et amicis ipsas preces sibi sentiant pro-
 fuisse / [...] feceritis et ego et alii nostri consanguinei Fulginates
 ipsam / [...] ad vos personaliter accedemus, nil de predictis rescriben-
 tes, / sed ea potius adimplentes. /

54.

*Jemand erbittet von einer paternitas eine Pfründe für seinen Diener.
 Hs. fol. 9v.*

In vestre paternitatis dominatione precum [nostra]rum ben[i]gnum
 auditum / invenire confidens, pro .. meo dev[oto] famulo paternitati
 vestre / in domino preces porrigo subiectas quatenus eidem, cuius mores
 et / vita hoc expectant, intuitu Dei et meorum interventu preca/minum,
 in aliquo beneficio ecclesiastico vestra dignetur si placet / dominatio
 providere. Quicquid enim gratie vestra benignitas ei / duxerit faciendum,
 persone proprie reputo fore factum. /

55.

*(Ein Rektor des Herzogtums Spoleto) fordert anlässlich seines Amtsantritts
 (von einer Kommune) die Zahlung der procuratio.
 Hs. fol. 9v.*

Quancumque vobis de procuracione solvenda / ad vestrum beneplacitum
 suspenderimus, quia nondum eramus docti vos / ipsam procuracionem
 solvere debere, tamen, inspectis registris curie / et libris predecessorum
 nostrorum in quibus invenimus vos procura/tionem in adventu rectoris
 ducatus solvere debere, mandamus / vobis ad penam nostro arbitrio
 infligendam quatenus tertia die post / presentationem presentium coram
 nostra presentia peremptorie procuracionem / Romane Ecclesie debitam

³⁴) Foligno (Prov. Perugia).